



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argume[n]tum p[ri]me epistole. libri s[e]c[un]di

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70184](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70184)

Epistolarum

Argumentum p̄me epistole libri sc̄di

^a D Augustum liber est Nam & apud Suetonium legitur epistola Augusti Doratium arguentis quod ad se non scribat. Excusat ergo se non scribere ne illum tot ne-
gocijs occupatum impediatur & simul eius laudes aggreditur.
In tota autem epistola subtiliter in fauore poetarum versatur

Ad Augustum.

Uim tot sustineas & tanta negocia solus
Res itales armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes incommoda publica peccem
Sifongo sermone mozer tua tempora cesar
Romulus & liber pater & cum castore pollux
Post ingencia facta deorum in templa recepti:
Dum terras hominumq; colunt genus aspera bella
Componunt: agros assignant oppida condunt
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis diram qui contudit hydram
Notaq; fatali portenta labore subegit
Comperit inuidiam supremo fine domari
Urit enim fulgure suo: qui pergrauat artes
Infra se positas extinctus amabitur idem
Presenti tibi maturos largimur honores
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras
Nil oriturum alias nil ortum tale fatentes
Sed tuus hic populus sapiens & iustus in vno
Te nostris ducibus te graijs anteferendo
Cetera nequaq; simili ratione modoq;
Aestimatur: & nisi que terris semota suisq;
Temporibus defuncta videt: fastidit & odit
Sic fautor veterum vt tabulas peccare vetantes
Quas bisquinq; viri sanxere: & federa regum

Dij